

vinculis publicis detineatur dum solvat, Farin. n. 21. Duenas limit. 5. Merlin. sup. lib. 2. tit. 2. quast. 25. numer. 3. Guttier. numer. 7.

Ibi: Et quod publicatis ob crimen bonis.

- 92 Bonis filijfam. ob crimen fisco additis peculium castrense, vel quasi, patri relinquitur. Menoch. de recuperand. remed. 9. n. 70. Sanch. d. lib. 2. cap. 15. n. 4. ubi disputat; Emman. Suar. in addit. ad Ant. Gom. lib. 2. variar. c. 15. n. 15. lit. D. Clar. d. §. fin. quast. 7. n. 13. Fachin. lib. 9. controversiar. cap. 49. in fine. Ducti. reg. 275. limit. 7. Mier. de majorat. in prim. edit. part. 4. quast. 2. n. 19. Joan. Orosc. in l. 3. §. Si filius meus, verb. in magistratu, n. 8. ff. quod quisq. jur. Farinac. sup. n. 11. um segg. Roderic. Suar. in d. l. post rem judicatam, notab. 13. n. 2. Maranta in prax. part. 6. in ult. actu, n. 36. Colta in l. qui duos, §. Cum in bello, verb. patris, n. 11. ff. de reb. dub. Boer. decif. 7. n. ult. Beinard. Diaz in prax. cap. 132. n. 6. in non. edit. Guttier. de delict. quast. 41. ex n. 14. vide infra, n. 95.
93 Hoc ampliatur, quamvis filius, cujus bona publicantur, prolem habuerit; nam adhuc peculium illud patri quaeritur. Alexand. in l. si finita, §. Si de velligalibus, vers. Adde, quod glossa, ff. de damn. inf. et. Salicet. in l. 3. n. 2. C. de bon. prof. eript. Bened. et. de Plumb. in l. post dotem, n. 17. ff. sol. matrim. Sanch. n. 5. Emman. Suar. ubi proxime, Peregrin. de jur. fisco, lib. 5. tit. 1. n. 30. & hac est de jure vera sententia, quamvis contrariam sustineant Bald. in l. exequutorem, n. 37. in fine, vers. Si verò sit Castrense, C. de exequut. rei judicat. Bald. in d. l. post dotem, n. 26. lat. ibi, n. 95. Bald. Novell. de dot. part. 8. princip. privileg. 10. n. 3.

Ibi: Sicut nec publicatis bonis

- 94 Bonis patris ob ejus crimen publicatis, peculium etiam profectum non publicatur, ita resolut; pluribus cumulat, Sanch. d. lib. 2. c. 16. a. n. 21. ubi latissime de hac materia, per totum, ubique de peculio Castrensi, & de usufructu adventitorum, De quo etiam Farinac. dist. 9. 24. ex n. 25. Pat. Molin. disp. 9. Ant. Gom. n. 16. 17. Azeved. in l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopilat. n. 209. Clar. n. 14. Menoch. n. 73. Duen. sup. Roderic. Suar. ubi proxime, n. 6. 9. Est tamen communis opinio, quod ob crimen læsæ Majestatis profectum peculium publicatur, quam tenent Farinac. sup. & quast. 116. de crim. læs. Majest. §. 3. n. 115. Decian. d. c. 41. n. 23. Cætera in quast. crimin. tit. de quast. tang. p. m. del. et. cap. 1. n. 37. Peregrin. d. tit. 11. n. 126. Quemada in quast. Fiscalib. quast. 19. Gig. sup. tit. de pænc. comm. hoc crim. quast. 13. n. 4. Alex. in l. si finita, §. Si de velligalibus, n. 4. 4. 6. ff. de damn. inf. et. et. contradiat Sauch. n. 23. de quo etiam Guttier. sup. quast. 40.

Ibi: Contrariam sententiam hodie.

- 95 Sed quod peculium Castrense cedat fisco, & non patri, bonis filij publicatis propter delictum, sentiunt non pauci existimantes, si filius 3. C. de bon. proscriptor. (quæ opposita opinio aperte probatur) correctam esse per Authen. de hered. ab intest. venientib. §. Si quis igitur, collat. 9. ex quo de sumpta est Authen. de functo, C. ad Tertillian. Ita Ant. Gom. d. cap. 15. numer. 15. Gig. de crimin. læs. Majest. lib. 2. tit. de pænc. committent. hoc crim. q. 12. numer. 2. Simanc. sup. tit. 9. a. numer. 13. Cald. in l. si curatorem habens, verb. lesis, numer. 112. vers. Sed in oppositum, C. de in integ. restitut. Azeved. in l. 1. n. m. 210. tit. 3. lib. 8. Recopilat. Vald. sup. numer. 2. vers. Sed in peculio Castrensi. Azor. insitu. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 7. quast. 8. & tom. 2. lib. 2. cap. 22. quast. 8. Pat. Vazquez 1. part. 9. 96. art. 5. disp. 169. c. 1. numer. 9.
Non tamen est à priore sententia recedendum ob fundamenta, quæ sunt apud Sanch. d. numer. 4. quibus addi potest; quod cum favore militum fuerit inductum, ut filijfam possent de Castrensi peculio liberè disponere, hic favor non debet in eorundem damnum retorqueri; quod favore 6. C. de legib. l. nulla juris 25. ff. eod. cap. quod ob gratiam 61. de reg. jur. in 6. prout retorqueretur, si peculium Castrense potius ad fisco, quam ad patrem pertinetet. Aliqui hoc limitant in crimine læsæ Majestatis, Farinac. numer. 14.

Gig. d. quast. 12. Olafsch. decif. 91. Quemada in suis q. Fiscalib. q. 16. Guttier. d. q. 41. numer. 19. contra Sanch. d. c. 15. n. 4. in fine, & hoc magis juri conforme est.

Verf. Ex his patet.

In publicatione bonorum filijfam non venit ejus peculium adventitium, in quo pater ulum fructum habet, sed huic etiam quoad proprietatem omnino quaeritur; Menoch. sup. ex n. 66. Sanch. n. 9. Ant. Gom. n. 14. Clar. d. §. fin. quast. 78. n. 12. Farin. n. 5. Carleval. de judiciis, tom. 2. tit. 3. disp. 20. n. 6. Roderic. Suar. sup. notab. 13. Alcan. Clemens de parr. potest. cap. 6. effect. 2. n. 36. 37. Bern. Diaz sup. c. 13. n. 6. in nov. edit. Boer. d. decif. 7. n. ult. Maranta in prax. part. 6. in ult. act. n. 135. Peregrin. sup. d. tit. 1. n. 118. Tusch. d. conc. 2. 12. n. 16. Mendes in l. cum oportet, n. 85. 92. C. de bon. q. liber. Azeved. in l. 1. n. 2. 12. tit. 3. lib. 8. Recopilat. Bossi in prax. tit. de bonor. publicat. n. 71. Guttier. d. qu. 41. numer. 3. cum segg. licet contra sentiant aliqui statim recensendi n. 99.

Quod ampliatur, quamvis filius ex consensu patris adventitia liberè administrat, Roman. in l. filiosam, la 2. ff. solut. matrim. Guttier. n. 10. Abbas cmj. 66. n. 5. volum. 2. Bcér. n. 16. Baiard. ad Clar. d. quast. 78. n. 55. Farinac. n. 8. vers. Verum ego, pro quibus facit L. creditor 60. §. Lucius ff. mandat. et. si contrarium magis placuerit; Bart. in l. si finita, §. Si de velligalibus, n. 13. ff. de damn. inf. et. Alexand. ibidem, n. 51. Paris. cons. 157. n. 15. 17. 28. Menoch. sup. n. 90. sed ampliationem præmissam admitti Sanch. n. 12. etiam quando orta inter patrem, & filium controversia, arbitri decreverunt, ut filius peculium id administrat, quamvis usufructus ad parentem spectet, nam adhuc non consecrari solvit.

Ratio præcipuæ conclusionis est secum cum communem DD. placitum, quia sicut non possunt filijfam, adventitia alienare, in quibus patri est usufructus, nisi ipse consentiat, ult. §. Filiis autem; C. de bon. qua liber. Ita nec delinquendo permittuntur illa in fisco transferri, Sanch. n. 9. vers. Secundo quia alienatio, Guttier. n. 3. Clar. Carleval. & alii sup. n. 96. laudati. Est enim juris principium, ut qui ex contractu prohibetur in præjudicium alterius alienare, etiam ex delicto ei alienatio censetur interdicta; Sanch. ibidem Molin. de primogen. lib. 4. cap. 11. numer. 7. Bart. in d. §. Si de velligalibus, n. 12. Farinac. numer. 5. Roxas de successib. cap. 7. numer. 6. Carleval. d. tit. 3. disp. 19. n. 26. Peregrin. ubi proxime, numer. 90. 99.

Non delunt tamen, qui peculium illud fisco cedere contra communem tenent, ut Cald. sup. n. m. 112. vers. Sed in oppositum; & numer. 152. vers. Sed in proposita specie, Ripa in cap. sepe, n. m. 76. quast. 11. de restit. spoliat. Vald. ad Suar. sup. d. notab. 13. numer. 2. vers. Ex quo sequitur. At à communi recedendum non est.

Dubium autem est, an peculium adventitium, cujus usufructum pater non habet, propter delictum filij publicetur cum reliqua ejus substantia? Negant Farinac. d. quast. 24. numer. 6. vers. Quibus non obstantibus, Ruin. conf. 24. numer. 7. vol. 5. Socin. Jun. conf. 77. a. numer. 10. Clar. ubi sup. Guttier. numer. 7. 8. At rectius affirmant Cald. numer. 153. vers. Ex supra dictis jam insertis, Mend. sup. numer. 88. Gigas ubi proxime, quast. 11. n. 2. Crot. in l. si ater à fratre, n. 35. ff. de cond. et. ind. deb. Paris. con. 159. a. numer. 11. Sanch. n. 14. Menoch. d. remed. 9. n. 81. Peregrin. sup. n. 128. qui duo dubitant. Quæ ultima sententia apud nos est proculdubio recipienda extante l. 5. Taur. quæ est l. 4. tit. 4. lib. 5. Recopilat. qua permittitur filijfam, condere testamentum; nam prima contraria defenditur ex eo, quod filijfam, de jure communi testari de adventitiis non poterant, et. si in eis pater usufructum non haberet, penult. C. q. testam. fac. pos. ut videre est apud Authores, qui illam tenent. Quibus autem casibus usufructus patri non quaeratur, tradit Dicastill. de just. tom. 2. lib. 2. tract. 3. n. 304.

Quod si pater carens usufructu, spem habuerit illius consequendi, veluti si penes Tertium fuerit; nam cum eo mortuo, aut aliàs jure fruendi extitit, & rediturus sit usufructus ad proprietatem per consolidationem patri filij

proprietarii acquiratur; & hoc sufficet, ut, si interim bona ob delictum filij fisco addicantur, peculium referretur parenti, cum propter talem spem prohibita sit filijs eorum bonorum alienatio; ut colligunt communiter DD. ex d. §. Filiis autem, post Glof. ibi, verb. dumtaxat; & consequenter confiscatio, ex regula supra tradita, numer. 98. ita Menoch. numer. 87. Ruin. sup. numer. 13. vers. Tertio prædicta, Sanch. numer. 13. Socin. Jun. sup. n. 13. 14. Farinac. numer. 7. Guttier. numer. 9.

- 102 Maximè controvertitur, quid juris erit, si filius læsæ Majestatis crimen admiserit? In quo triplex reperitur opinio. Prima docet, tam usufructum ad patrem spectantem, quam proprietatem, illico ad fisco transferri; hanc tenent Simanc. de Catholic. institut. tit. 9. numer. 18. Azor. institut. moral. tom. 1. lib. 5. cap. 7. quast. 8. & lib. 8. cap. 12. numer. 15. Pat. Vazq. 1. 2. quast. 96. art. 5. disp. 169. c. 1. numer. 9. Secunda, proprietatem duntaxat publicari, usufructu penes patrem permanente; ita Azeved. d. n. 212. Cacharan. decif. 94. numer. 9. Farinac. numer. 9. Baiard. ad Clar. d. qu. 86. numer. 51. Guttier. numer. 4. Panciroli. conf. 18. numer. 12. Tertia, quæ magis veritati videtur accedere, scilicet distinguit; aut bona sunt quaerita ante delictum, & tunc locus est proximæ secundæ sententiæ; aut post, & erit prima admittenda; quam distinctionem tradunt Sanch. numer. 11. Sayr. in Clavi Reg. lib. 9. c. 7. vers. E contra, Pat. Molin. disp. 9. numer. 16.

Verf. Sic delinquente filio.

- 103 Confiscatio bonorum filijfam. peculium ejus profectum minimè comprehendit, Suar. de notab. 13. numer. 5. ubi Vald. Menoch. numer. 74. Clar. d. quast. 78. numer. 11. Azeved. sup. n. 210. Less. de just. & jur. lib. 2. cap. 4. dubit. 3. numer. 12. Cætera in quastion. crimin. tit. de quast. tang. punition. delictor. cap. 1. numer. 39. Simanc. ubi proxime, numer. 80. Duenas, reg. 275. limit. 7. Gig. sup. quast. 10. Bernard. Diaz, d. c. 13. 2. numer. 6. Nell. in tract. de bannit. part. 1. temp. 2. n. 25. Chassan. in consuetud. Burgund. rubric. 2. §. 2. in princip. n. 20. Alcan. Clemens effect. 2. numer. 37. Suard. commun. verb. Confiscatio, numer. 266. Farinac. numer. 3. Bos. sup. numer. 7. estque omnium concors sententia, quæ obtinet, quamquam pater liberam, & absolutam administrationem, etiam cum facultate dissipandi concesserit filio, Farinac. ubi proxime, Angel. in l. si filius, numer. 5. ff. de dam. infect. Palac. Rob. in rubric. de donat. inter §. 66. numer. 24. vers. Præsuppositio sine veritatis præjudicio, Ant. Gom. sup. numer. 16. Cald. d. verb. lesis, n. 118. in fine, Baiard. ubi proxime, d. quast. 78. numer. 49. Peregrin. d. tit. 1. n. 125. Guttier. q. 41. n. 125.

Ibi: Et his addendum, quod publicatis bonis.

- 104 Bonis filijfam. vivo patre publicatis, Legitima ejus in confiscationem non includit; Peregrin. numer. 97. 133. Merlin. sub. d. quast. 33. per totam. Azor. d. lib. 5. cap. 7. quast. 8. Carleval. d. disp. 20. numer. 5. Guttier. in §. Sui, numer. 94. Inst. de hered. qual. & d. quast. 42. numer. 1. Speculat. tit. dict. exequut. sentent. §. Sequitur videre, numer. 11. Menoch. conf. 77. numer. 28. Baiard. sup. numer. 48. Gig. quast. 9. Padilla in l. 3. numer. 33. 34. C. de jur. & fact. ignorant. Bos. numer. 27. Azeved. in l. 3. n. 145. tit. 10. lib. 4. Recopilat. Cotta in memorabilib. verb. Pater obligatus solvere, vers. Sed quid erit, Cagnol. in l. fin. n. 286. ff. de pact. Duc. reg. 356. in princip. Vivi commun. verb. Legitima non debetur filio, numer. 5. Sanch. numer. 19. Alcan. Clem. sup. effect. 16. numer. 16. Farinac. n. 16. vers. Hoc ideo, Roland. conf. 97. numer. 5. vol. 2. Clar. d. quast. 86. n. 3. & de hoc agunt Interpretes in cap. 2. de delict. pueror. & in l. si qua poena 7. de iis, q. sui, vel alien. jur. sunt Quod dicitur de Legitima, extendit ad alimenta Sanch. post alios sup. numer. 22. Atque præmissa locum habent, filio crimen læsæ Majestatis perpetrante, Farinac. numer. 17. Gig. d. quast. 9. Guttier. quast. 42. numer. 4.

- 105 Dictum est in proxima assertione vivo patre; quia si filius damnatus fuerit post ejus obitum, etiam nondum divisa hereditate, Legitima ad fisco pertinet, Sanch. d. lib. 2. cap. 14. numer. 49. Menoch. ubi proxime, vers. Tertium casum, idemque insinuant Farinac. numer. 20. Merlin. numer. 5. dum asserunt, Legitimam non publicari, cum filius damnatur,

vivente patre; quia confiscatio non trahitur ad futura, conditionalia, & nondum delata; nam hoc cessat, mortuo jam patre tempore publicationis, cum sit delata successio, jussuque filio quaeritur, ut considerat Menoch. sup.

Extenditur principalis conclusio, seu declaratur, ut Legitima fisco non debeatur, nedom statim post condemnationem filij, verum etiam nec post mortem patris; nam fisco manet omnino exclusus, si quidem, ut nuper aiebamus, publicatio non extenditur ad futura. Ita docent Specular. Bos. Padill. Guttier. Farinac. Baiard. ubi proxime, Sanch. d. cap. 15. n. 21. Gig. q. 18. n. 2. Merlin. n. 4.

Eadem verò conclusio limitatur, si pater filio ante condemnationem assignasset, tradidissetque legitimam, cum enim jam plene delinqueretis sit, nihil impedit, ut in fisco transferatur, Sanch. ubi proxime, numer. 20. contra Bajardum, d. numer. 48.

Ibi: Eodem pacto, ratione sumpta.

Fisco occupante bona mariti propter ipsius delictum, reservatur uxori dimidia pars bonorum, quæ, matrimonio constante, sunt quaerita; nam ex alieno facinore non est auferendum ab ea, quod de jure sibi competit, Sanch. d. lib. 6. cap. 17. n. 3. Ant. Gom. in l. 77. Taur. ubi altill. n. 1. Baiard. sup. numer. 77. Azeved. in l. 10. numer. 6. tit. 9. lib. 5. Recopilat. Matleuq. ibi, glof. 2. in princ. Morquech. de divis. bonor. lib. 2. cap. 13. numer. 86. Pater Vazq. in 1. 2. q. 96. art. 5. disp. 169. cap. 2. numer. 14.

Ibi: Et tamen poterit omnibus in his casibus.

Statuto caveri potest, ut ob filij delictum, peculium ejus quodcumque publicetur; Farinac. numer. 161. ubi Marchix tale statutum esse testatur.

Ibi: Sed si pater poenam pecuniariam.

Est circa hoc egregia Bartoli distinctio in l. Stichus, n. 2 ff. de pecul. legat. afferentis, patre invito solvente poenam pecuniariam pro filio, esse, quicquid expenderit, in legitimam computandum; secus si spontè solvat, quia donare videtur. Quoad primam partem absque controversia recipitur; quoad secundam, duæ reperiuntur oppositæ, communisque opiniones, teste Ceval. commun. tom. 1. quast. 513. una est eorum, qui Bartolum sequuti sentiunt, non debere in Legitimam imputari condemnationem pecuniariam, quam ultro perfolvit propter filij delictum, ut Peregrin. de fideicommiss. art. 36. numer. 138. Gratian. disceptat. forens. cap. 50. numer. 1. Ruin. conf. 149. numer. 13. vers. Nec etiam videtur, lib. 3. Ant. Gom. in l. 29. Taur. numer. 20. Guttier. in dict. §. Sui, numer. 95. Inst. de hered. qual. Paul. de Montepico in l. in Quartam, numer. 286. ff. ad leg. falcid. Rot. apud Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 25. n. 2 & alii, quos refert Ceval. sup. d. q. 513. in princip. Hisque accedere videtur D. Covarr. in presentis, quia refert ad Guttier. Gom. & alios hujus sententiæ Authores, pro quibus facit, l. liber capus 17. C. de postlimin. reverb.

Sed à Bartolo discedant alii docentes, imputationi locum esse, quamvis volens pater pro filio satisfaciat; Ita Bald. in Auth. si captivi, numer. 9. C. de Episcop. & Cleric. & in Auth. quod locum, cum 3. C. de collationib. Crass. in d. §. Legitimo, q. 30. n. 1. vers. Contrarium, Merlin. ubi proxime, n. 2. vers. Sed ino, Duenas reg. 122. limit. 4. Ripa in d. l. in quartam, n. 185. Menchac. de successib. creat. lib. 3. §. 30. a. n. 20. Fabian. in Auth. novissima, n. 106. C. de inoffic. testam. Ceval. n. 5. vers. Sed his non obstantibus, Ayora de partitionib. part. 2. quast. 17. et. limitet, quando quid exiguum solutum est; quam limitationem improbant Ceval. n. 7. Gratian. n. 3.

Hujus sententiæ rationem tradit Merlin ex aliis numer. 3. quia scilicet causa pietatis compellit, nam pater, qui pro filio solvit, sanguinem proprium redimit, cum pars ipsius censetur; dixi numer. 68. in fine, magisque parentes in liberis, quam in semetipsis cruciuntur, ut probavimus sup. lib. 1. c. 2. n. 94. Nec satisfacit Peregrini responsio aientis, hanc necessitatem non esse jure obligatoriam; Quoniam sufficit ad

ad excludendum animum donandi, liberalitatisque exercenda, quod ob causam solvatur, ut inquit Bald. in dict. auct. si captivi. Ultra quae considerandum est, patrem, non solum ex paterna dilectione, sed etiam ex honestate, ac pudore compelli solvendum pro filio: nam illi imputaretur ad avaritiam, & impietatem, si pateretur, filium in vinculis detineri, aut aliter vexari, ac puniri, ne pecuniam expenderet. Non urget text. in d. l. liber captus cum ibi calamitas filii, qui in hostium potestatem miserè devenit, parentes movit ad liberalitatem; quae ratio in filio delinquente non militat.

113 Sunt nonnulli casus, in quibus praefata sententia, nullo ferè discrepante, velior est ac omnino tenenda. Primus est, quando pater protestatur, se non animo donandi solvere filii condemnationem, quae protestatio quocumque tempore facta nocebit, argum. l. 1. C. de negot. gest. l. at si quis 14. §. Sed interdum ff. de religio. & sumpt. funer. Peregrin. d. num. 138. Ruin. sup. n. 14. in fine, Merlin. n. 5. 6.

114 Secundus, de jure Regio si post meliorationem Tertii, & Quinti factam irrevocabiler, pater condemnationem solverit; nam etsi velit donare, quod pendit, non potest; l. 12. tit. 6. lib. 5. Recopilat. atque ita necessario imputabitur in Legitimam. Ita Guttier. in d. §. sui. n. 94.

115 Tertius, quando filius, pro quo solvitur, habet peculium profectitium, aut adventitium; quia cum eo, quod in peculio est, compensatur; reliquumque in Legitimam computabitur, Bart. in d. l. Stichus, num. 3. Cevall. num. 3. Merlin. num. 7. Ant. Gom. ubi proximè, Ruin. num. 14. Peregrin. d. n. 138. Nam quoties aliquis alienum patrimonium penes se habens, quicquam pro domino illius expendit, nunquam creditur ex proprio largiri, quamvis personae conjunctae sint. l. Nefennius, 36. ff. de negot. gest. l. cum post 44. §. 1. ff. de administrat. tutor. Merlin. num. 8. Gratian. d. cap. 50. num. 5. Ant. Gom. sup.

116 Quartus est, si post mortem patris ex cumulo hereditatis pro filio damnato aliquid penderetur, nam totum ex ipsius Legitima detrahetur, Bart. in d. l. Stichus 2. Molin. n. 11. Mangil. de imputat. q. 40. n. 19. 20.

117 Praeterea habet locum eadem sententia, quando filius damnatus non fuit, sed pater solvit ne damnaretur ob delictum commissum, sive fisco, sive parti offensae transactionis causa; juxta l. transigere 18. C. de transactionib. latis enim est, quod filius damnari posset, & ad hoc in vinculis esset, Merlin. n. 9. Ruin. d. n. 14. vers. Aut est timor condemnationis.

118 Ampliatur item, quod dictum est in patre, in filio solvente pro patre; in fratre pro fratre, in liberto pro patrono, & in aliis personis, quibus Legitima debetur, Merlin. n. 12. 13. Craff. d. q. 30. in fine, Menchac. sup. n. 225. Mang. n. 37.

119 Sed limitatur principalis conclusio, si filius, consentiente patre, delinquat; quo casu imputandum non est filio, quod poena nomine solutum fuerit; Rip. in d. l. in quartam, num. 186. Merlin. num. 16. Menchac. num. 224. Craff. num. 2. Cevall. num. 4. Gratian. n. 4.

120 Limitatur etiam quando pater solvit ratione propriae obligationis, veluti, si pro filio fidejussit. Sed hoc est intelligendum, ut bene declarat Merlin. n. 20. quando pater intercessit in negotio, quod ad se ipsum pertinebat, quamvis per filium generetur; nam si res ad filium profus atinens ageretur, imputabitur quod pater ut fidejussor filii solverit: quam limitationem probant Cevall. num. 2. Peregrin. sup. Menchac. num. 223. Joan. Garc. de expens. cap. 4. num. 13. Mangil. q. 42. n. 2. Ripa ubi proximè.

Ad Num. 8.

121 Nemo potest se ipsum pro alterius delicto ad poenam corporalem astringere, Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 303. num. 16. Bald. in l. 1. nu. 7. C. ne fil. pro patr. Ant. Gom. variar. lib. 3. cap. 9. num. 8. Bobadill. in politic. lib. 3. cap. 15. num. 104. C. de arbitrar. part. 2. cap. 5. num. 95. & part. 3. cap. 12. num. 136. 137. Clar. in prax. §. fin. quest. 46. num. 18. Tusch. lit. C. con. 87. num. 8. Farinac. in prax. quest. 33. num. 49. Platea in l. vnic. Codic. de pericul. cor. qui pro Magistrat. lib. 11. Duennas, reg. 331. limit. 3. Grilland. de relaxat. carcerator.

tit. de fidejussor. reor. n. tertio in fine, Roman. sing. 129. Ratio, quae ab his communiter redditur, est, quia membrorum, vitae suae nullus est dominus, delumpta ex l. liber homo 13. ff. ad leg. Aquil. simili ratione non licet homini se ad poenam spirituales, velut excommunicationem, obligare, Menoch. 82. n. 12. quoniam animae suae non est dominus, Abbas in cap. ult. notab. 1. de pact. relin. in cap. contingit. col. 1. vers. Idem dicitur de anima, de sentent. excommunicat. Menoch. n. 118. vide limitationes infra, num. 123. 131. 132.

Ibi: Quod sit, ut in causis criminalibus.

122 Reus carceratus ob delictum, ex quo venit imponenda poena pecuniaria duntaxat, potest idoneis fidejussoribus praestitis relaxari; secus quando corporaliter est puniendus: Ita Azeved. in l. 8. n. 1. tit. 18. lib. 4. Recopilat. Guazzin. de defension. reor. d. n. 6. circa privileg. carcerator. n. 32. Farinac. n. 48. Carleval. tom. 1. tit. 1. disp. 2. 750. D. Salgad. de Reg. protecl. part. 2. cap. 4. n. 157. 164. Boff. in prax. crim. tit. de carcerat. fidejussor. committend. n. 2. Ofasch. decif. 18. num. 4. Paz in prax. tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 6. n. 90. 91. Follet. in prax. crim. verb. examinati liberent. fidejussor. num. 4. jodoc. in simil. prax. cap. 20. num. 3. & alii nuper laudati, de quo est omnino videndus Farinac. d. q. 33. qui latissime agit.

123 Hujus distinctionis rationem esse putant praefati DD. quia ad poenam pecuniariam potest quis pro alio se obligare, cum de rebus propriis disponere quilibet ad libitum petmittatur; in re mandata 21. C. mandat. non sic de vita, aut corpore, cujus dominium non habet, d. l. liber homo, quapropter nulli se poenae corporali subicere licet. Unde provenit, ut fidejussores primo casu admittantur, nam eorum obligatio substituitur in secundo non utique, quia obligati non remanent. Haec autem ratio minus congrua videtur, quia licet homo dominus membrorum suorum esset, possetque se ad poenam corporalem obligare, non ideo debebat sub fidejussione relaxari, qui corporaliter erat puniendus, cum maximum sequeretur absurdum, videlicet ut reus supplicium subterfugeret, & innocens pateretur, ordine justitiae penitus inverso; nec vero simile est, reum in libertate constitutum a fuga abstinere, imò compertum est, metu poenae, qui etiam in viros constantissimos cadit, l. nec timorem 7. §. fin. ff. Quod met. caus. se in locum tutum conferre, cum sanguinem proprium redimere quod alitercunque fas sit. l. 1. ff. De bon. eor. q. ant. sentent.

124 Quare dicendum est, praefatum discrimen inter poenam corporalem, & pecuniariam, ab eorundem poenarum natura procedere; quoniam corporalis ita personam delinquentis afficit, ut per alium, legi poenam irroganti satisfieri non possit, l. 12. tit. 5. part. 3. Ibi: Porque la justicia non se podria hacer de rehamento ni otro, si non en aquel que face el yerro, Caramuel in Theolog. fundam. n. 961. & hoc est quod dicitur, crimina suos Auctores tenere, l. sancimus 22. C. de poen. Idemque juris est, cum Iudex ex arbitrio corporis supplicium imponi decernit. Aliter vero in poena pecuniaria contingit, quae personam non sequitur, atque ita lex non exigit quod reus ipse solvat, sed satis est ut pecunia à quocumque pro eo praestet, nec vetitum est donare, aut mutare delinquenti, quod poenae nomine solvere tenetur; nec dubitatur, quin de natura debiti pecuniarii sit, nihil interesse, utrum idem debitor, an alius pro ipso satisfaciatur, ut ait Iustinian. in princip. Inst. quib. mod. tollit. oblig. Ex quibus jam liquet ratio ad utramque distinctionis partem, quandoquidem fidejussores nequeunt satisfacere, etsi plectuntur pro eo, qui corporaliter puniendus erat, ideoque illis intervenientibus, hic dimitti non debet; at ubi sola pecuniaria poena est imponenda, cum idonei sint, & solvendo condemnationem plenam satisfactionem exhibeant, eis carceratus jure committitur.

125 Sed antequam hinc discedamus, oportet nonnulla notata digna praemissis adijcere. Primum, fidejussores, qui in se susceperint custodiam rei, ut à vinculis publicis liberetur, teneri ad poenam etiam corporalem, si reus non compareat, quam ipse foret subiturus, Cancet. d. cap. 5. num. 56. Menoch. sub num. 37. Suar. in tract. de fidejussor. in causis crim.

crim. n. 26. vers. Quinto considera, Cels. Hug. conf. 121. nu. 7. Salicet. & Cin. in l. ad commentariensem. C. de custod. reor. Clar. ubi proximè, Farinac. num. 76. qui duo ultimi asserunt, hoc in praxi admittendum non esse; quamvis Cancet. de praxi testetur. Sed potest dici poenam non infligi ob delictum alienum, sed ob proprium custodis, qui delinquentem fugere passus est.

261 Secundum, quod si carceratus, persona sit nobilitate & autoritate egregia; poterit fidejussoribus exhibitis dimitti, tamen si corporis poena sit subiturus, modò delictum atrocitate non contineat, Guttier. practicar. lib. 4. qu. 21. num. 4. D. Salg. sup. n. 96. Grilland. ubi proximè. q. 1. n. 8. Salicet. in l. si quis reus. C. de custod. reor. Guazzin. d. defen. 6. n. 3. ubi alios refert, & judices, ut in hoc casu se gerant, admonet.

127 Tertium, eum fidejussoribus committendum, cui relegationis poena est irroganda, Azeved. in l. 8. ex numer. 2. tit. 18. lib. 4. Recopilat. Carleval. sup. n. 751. Ant. Gom. d. cap. 9. n. 8. junctis, quae tradit eod. lib. 3. cap. 1. n. 13. quoniam relegatio poena corporalis non est, D. Salg. n. 164. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. 80. à n. 87. Bobad. lib. 5. cap. 1. n. 128. Cancet. part. 3. cap. 17. n. 167. Clar. d. §. fin. quest. 32. n. 1. & probatur ex l. 2. tit. 19. lib. 4. Recopilat. Quod ampliatur Azeved. quamvis relegandus quis sit in perpetuum; cui obstat d. l. 12. tit. 5. p. 3. vers. Mas sobre pleito, quae exilium perpetuum inter poenas corporales enumerat, & ita sentit Ant. Gom. d. n. 13. Sed contrarium, scilicet non esse reum relaxandum, quia relegatio poena corporalis censetur, defendunt Farinac. sup. num. 55. Boff. num. 7. Avendan. in suo dictionar. verb. criminalis: & proculdubio haec poena saltem personalis dici debet, cum perlonam afficiat, non bona; atque ita secundum tradita, sup. num. 124. videtur tenenda Farinacii opinio, maxime si consideremus ea, quae differunt per magis, & minus, quoad substitutionem non differre, l. ult. ff. de fund. instruat. Cevall. d. q. 13. num. 8. Cyriac. tom. 2. controvers. 222. num. 29. cumque relegatio corpus affligat, etsi leviter, poena corporalis censenda est. Ex quibus quamvis haec sententia defendi posset, tamen priorem communem eo ejus aequitatem sustinendo, asseri potest, quod si relegatio poena corporalis sit, sive non, est reus relaxandus ex eo, quod cessat periculum fugae, tum propter poenae ipsius levitatem, tum vel maxime, quia si relaxatus aufugeret, ipse poenam infligeret quam judex erat irrogaturus. Ad haec relegatio pro delictis non gravibus imponitur; & l. Divus 3. ff. de custod. reor. concessa est iudicibus facultas, ut pro similibus factis carceratum, cautione fidejussoria accepta, dimittant.

128 Quartum, similiter relaxari debere qui in vinculis est propter crimen, ex quo primario poena pecuniaria imponitur, & in ejus defectum corporalis: juxta Lult. ff. de in jus vocand. Bart. in l. item liberatus. §. Qui paratus, num. 3. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solvit. Menoch. d. cas. 303. num. 36. Suar. de fidejussor. in caus. crimin. num. 23. vers. Sed hoc intelligo, quamvis aliud sentiant Farinac. num. 51. & alij, quos recenset Menoch. num. 31. poena enim corporalis venit per consequentiam, quae non attenditur; sed pecuniaria, quae principaliter statuitur: argument. l. 1. cum vulgatis, ff. de author. tutor. Praeter quam quod timeri non potest, ut poena corporalis locum habeat casu, quo reus non praesentetur, cum fidejussores idonei intervenerint, ut Menoch. advertit d. num. 36. Aliud juris erit, si statutum poenam corporalem, & pecuniariam alternativè impulerit, data electione ei, qui injuriam passus fuerit, secundum formam l. 1. tit. 10. lib. 8. Recopilat. quoniam tunc copia pecuniae in fidejussoribus impedire non valet, ne poena corporalis, accusator volente, inferatur. An dimitti possit, cui carceris poena est inferenda, videas apud Paz. sup. n. 91.

129 Quintum, carceratum jussu Principis, Senatus, alteriusve Iudicis superioris, vel etiam ad requisitionem cujuscunque, non licere sub fidejussoribus liberare, l. 24. in fine, tit. 18. part. ubi Greg. Lop. gloss. ult. Bobadill. d. lib. 3. cap. 15. num. 105.

130 Praemissis tandem addendum est, quod quoties jure, vel injuria contigerit, ut reus, qui corporaliter est puniendus, fidejussione praestita, dimittatur, si ipse se subtrahat poenae, fidejussores non sunt eodem supplicio, quod delin-

quens merebatur, coercendi, sed pecuniariter; Ant. Gom. d. cap. 9. num. 8. & ita in sua patria statutum esse testatur Farinac. n. 75. in fine, quod arbitrio judicantis relinquit, Menoch. cas. 304. num. 1. quae vera sunt nisi certa poena in fidejussores fuerit statuta.

Ibi: Posteriori parte Glossa constat.

131 Consuetudine introduci posse, ut innocens pro alieno crimine ad poenam corporalem se astringat, docent Menoch. sup. lib. 1. quest. 7. num. 12. & lib. 2. d. cas. 303. num. 35. Boff. sup. num. 5. Farinac. d. num. 75. Roder. Suar. ubi proximè, nu. 34. vers. & tene menti, Tusch. d. con. 87. n. 8. Duch. sup. limit. 3. Chastan. in consuetud. Burgund. rubric. 1. §. 5. nu. 167. Per. de Ubald. in tract. de pace Constant. num. 75. Joan. Morolon. in promptuar. jur. verb. fidejussor.

132 Idem statuto caveri posse affirmant Menoch. num. 21. 22. ubi tale statutum Neapoli esse testatur, Bajard. ad Clar. d. quest. 46. num. 15. Follet. sup. num. 7. Boff. num. 5.

Ibi: His accedit quod Decius.

133 Ad hoc est exemplum aptissimum in eo, qui ad presium participandum se vendi patitur; nam quamvis homo libero suo consensu solo effici servus non valeat, l. nec si volens 6. l. liberos 10. l. interrogatam, 24. C. de liberal. caus. tamen legis auctoritate concurrente cum ipsius voluntate, servilis conditionis efficitur, l. 1. tit. 2. p. 4. §. Servi autem, el 2. Inst. de jur. personar.

Ibi: Ego vero non video.

134 Hanc D. Covar. sententiam contra communem, de qua sup. n. 31. tenet Vin. decif. 215. n. 13. Cancet. sup. d. c. 5. n. 95. in fine, Martenc. in l. 10. gloss. 1. n. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilat. ubi alij, & quidem valde rationis, ac aequitatis naturali est dissonum, ut innocens pro alieno crimine poenis corporalibus afficiatur; quod fieri non posse ostendunt praemittens, duplici ex capite non licere, ut insons pro alieno crimine se poenae corporali subiciat. Primum quia cum dominus vitae suae, aut membrorum non sit homo, Deuteronom. cap. 32. vers. 39. ubi inquit Dominus: Ego occidam, & ego vivo faciam, & constat ex dict. l. liber homo. Sot. de just. lib. 5. quest. 1. art. 5. Pat. Valent. tom. 4. disp. 5. q. 8. punct. 2. vers. Tertia ratio, Menoch. d. cas. 303. n. 16. Bobadill. d. cap. 15. n. 104. Less. de just. lib. 2. c. 4. dub. 10. Caramuel in Theolog. fundam. n. 1649. non valet id, quod suo arbitrio, ac dispositioni non subditur, in obligationem deducere, argum. d. l. nec si volens, cum similibus supra adductis, C. de liber. caus. Secundum quod innocens occidi, punitive corporaliter non potest; & licet se obliget ad poenam, non ideo insons definit esse.

135 Quibus cognitis, dicendum est, posse quidem lege, vel consuetudine licitum fieri in foro externo, ut innocens pro reo se ad corporis poenam astringat, quia hoc nullam peccati labem continet, cum propria auctoritate possit homo vitam, corpusque jactare nedum pro bono, aut persona publica, sed etiam pro privata sibi aequali, atque ita non peccat qui in naufragio tabulam cedit alteri, ut periculum mortis evadat, quamvis ipse sciat certo, se ibi periturum: nec qui cibos relinquit proximo, ut vitam servet; cum uterque existat in extrema necessitate constitutus, maxime si necessitudine, aliove speciali vinculo sint conjuncti, ut docent communiter Theologi, de quo Dian. part. 5. tract. 4. resolut. 42. Pat. Suar. de fid. sp. & char. tract. 3. disp. 9. sect. 3. per tot. Bonacin. in summa. com. 2. disp. 3. de charitat. quest. 4. punct. 4. num. 6. Valent. tom. 3. disp. 3. q. 4. punct. 3. Pat. Becan. tom. 3. cap. 19. q. 2. apud quos plures. Ad quod innocens poenam mortis, vel corporis sustineat, nulla constitutione humana fieri potest; nam hoc ulla ratione non licet, ut docui D. Thom. 2. 2. quest. 61. art. 6. ubi quaerit an aliquo casu licitum sit insonem enecare; & respondet solvitur nullo, nisi ex Divina revelatione, aut si legitime reus esse probetur; quem ibi sequuntur Theologi, & refert Valent.